Prōserpina et tempora annī

Iuppiter igitur Mercurium, nūntium deōrum, in Tartarum mīsit. ad iānuam Tartarī Cerberus, canis ingēns cum tribus capitibus, ossa hominis cuiusdam rōdēbat. ubi Mercurium cōnspexit, omnia capita lātrābant. Mercurius tamen canem virgā suā tetigit; statim Cerberus dormiēbat.



Mercurius
ille homō ossibus suīs nōn iam eget.
inquit Mercurius

Mercurius
Tria capita, ūnus somnus.

deinde trānsiit.

Mercurius ad domum Plūtōnis celeriter advēnit. Prōserpina prope rēgem sedēbat, trīstis et pallida.



Mercurius
Plūtō. Iuppiter iubet tē Prōserpinam mātrī reddere.
inquit Mercurius

Plūtō
Prōserpinam amō sed frātrī meō pārēre dēbeō.
respondit Plūtō

tum tamen callidē rīsit.

Prōserpina laetissima erat.



Prōserpina
possumne vērē domum redīre?
inquit.

Mercurius
potes sī nūllum cibum hīc cōnsūmpsistī.
respondit Mercurius

Prōserpina
nihil cōnsūmpsī nam semper trīstissima eram.
inquit puella.

Prōserpina et tempora annī

subitō servus Plūtōnis, nōmine Ascalaphus, accessit. Prōserpina ērubuit.



Ascalaphus

domine puella mentītur. ego eam in hortō tuō vīdī. sex sēmina pōmī Pūnicī cōnsūmpsit.

inquit

Prōserpina

vērum est cibum valdē cupiēbam, et sēmina tam parva erant …

inquit.

Prōserpina

Sex sēmina! Tantum sex!

deinde, īrātissima, aquam flūminis in caput servī iēcit. ille statim in būbōnem mūtātus est et ex hortō āvolāvit.



Plūtō

nunc novum servum emere dēbeō.

inquit Plūtō

cum tamen puella sex sēmina pōmī Pūnicī cōnsūmpsisset, Iuppiter et frāter pāctum fēcērunt, ut Prōserpina sex mēnsēs hiemis cum Plūtōne in Tartarō, sexque mēnsēs aestātis cum Cerere in terrā habitāret.



Prōserpina et tempora annī

ubi Prōserpina ad terram rediit, māter eam bracchiīs tenuit.



Cerēs

fīlia mea! tandem tē iterum videō!

inquit.

Prōserpina

māter, nōlī tam īrāta esse. marītus meus nōn tam malus est, et rēgnum eius numquam vacuum est. sex mēnsēs tēcum manēbō; tum ad Tartarum redīre dēbēbō.

respondit Prōserpina

Cerēs

sciō sed nunc laetae esse dēbēmus.

inquit Cerēs

statim flōrēs in agrīs crēscēbant, et frūmentum iterum surgēbat. hominēs, cibum iterum habentēs, deam laudābant. Triptolemus quoque, in currū ālātō ā Cerere missus, per omnēs terrās iter fēcit, ut artem agricultūrae omnibus hominibus docēret.



ex illō tempore, cum Prōserpina in Tartarō est, Cerēs trīstis est, et hiems venit; tum agricolae frīgore tremunt et Plūtōnī maledīcunt. cum tamen ad mātrem redit, vēr venit et omnia flōrent.



Agricola

Iterum hiems! Grātiās, Plūtō!